

## CAPUT. IV.

DE RATIONE TRACTANDI  
 PER CHARACTERES SIVE NOTATIONES,  
 Παράδεισιν, PRÆCEPTA, APHORISMOS AC  
 GNOMAS. HUC REFERUNTUR QUOQUE  
 ADAGIA, APOPTHHEGMATA, SYMBOLA,  
 EMBLEMATA, HIEROGLYPHICA, ÆNI-  
 GMATA, ATQUE INSCRI-  
 PTIONES.

## §. I.

*Certa inge-  
 niorum for-  
 ma, certi-  
 que chara-  
 cteres.*

*Veteres ne-  
 minem re-  
 cipiebant  
 in discipli-  
 nam suam,  
 nisi eius in-  
 genium an-  
 tea explo-  
 rassent.*

**C**ertæ sunt ingeniorum formæ, certique characteres; dantur enim ingenia excita- ta & agilia, e prompta imaginatione ex- orta, dantur & tarda ingenia, quæ quidem non comprehendunt celeriter, pertinaci cura tamen rebus immorantur, qua assiduitate sua aliorum celeritati sæpe anteverunt; quin dantur etiam ingenia ex utraque illa forma mista, quæ temperata vocare solent, quo de argumento Huartus *in Scrutinio ingeniorum*, Edo Neuhufius *in Teatro ingenii humani*, auctor Anglus in libello *of the different Wits of men, i. e. de diversis hominum ingenis*, aliique scriptores legi possunt. Veteres neminem recipiebant in disciplinam suam, nisi ejus ingenium antea explorassent, hinc ea usi sunt libertate, ut, quos vellent, discipulos adsciscerent, quos non vel- lent, sine injuria repellerent. Platonem omnibus ἀγεωμετρήτοις scholam suam clausisse notum est, & Xeno-

Xeno-